

7
1224, 3
18
DISSE^TRAT^IO IN AVGV^RALIS
DE
INVENTARI^I HEREDITAT^IS
FORMA
STATUT^IS IN HAMBVRGENSIB^VS
PRAE^SCRIP^TA

QVAM
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

CAROLO AVGVSTO
DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE MONTIVM,
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE RELIQVA
EX ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS
DECRETO


P R A E S T D E
CAROLO FRIDER. WALCHIO

IVR. DOCT. AC FROE. PAND. ORD. SER. DVCIS SAX. GOTHANI AC AL-
TENBVRG. A CONSILIIS AVLICIS, CVRIA PROVINC. COM. SCAB.
COLLEGII ET IVRISCONS. ORD. ASSESS. SOC. LAT. IENENSIE
EPHORO ATQVE ALIARVM SOC. LITT. COLLEGA

P R O I U C E N T I A
SVMMOS IN IVRE HONORES CONSEQUENDI
DIE XIV. APRIL. CIO IOCCCLXXIV.
PUBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT
AVCTOR
HENR. GERH. GVIL. MOLDENHAWER
HAMBVURGENSIS.

IENAE
LITTERIS HELLERIANIS.







DISSERTATIO IURIDICA
DE
INVENTARIIS HEREDITATIS
FORMA
STATUTIS IN HAMBVRGENSIBVS
PRAESCRIPTA.

S. I.

LAVDANDA profecto est prouidentia, qua sapientissimi legum Hamburgensium latores formam, res hereditarias consignandi; siue inuentarium conficiendi, praescripserunt. Quum fieri haud potuit, ut quidquam hac de re cauerent in illo antiquissimo statutorum codice, qui vulgatus est seculo decimo ac tertio, quieue juris publici factus a summo viro, ERN. IOACH. DE WESTPHALEN^a): neque hanc in rem cogitationes suas abiecerunt isto tempore, quo seculo decimo et quinto ius illud medium ^b), quod satis inconcinn'e vocavit *vetus MICH. RICHEY c)*, litteris consignarent. Non opus forsan fuit istis temporibus cautione illa; vbi autem statuta, recentiora seculo sexto et decimo sunt compilata illis sanctionem de ratione, inuentarium conscribendi
A in se'



insferendam duxerunt, quae maxima cum solertia est elab-
 orata. Determinant ante omnia tempus *d*), intra quod
 negotium hoc heredi incumbit ac destinunt simul res,
 quae sunt consignandae *e*); hoc autem facto, ad ipsum
 modum sese conuertunt haecque proferunt verba *f*): Da-
 mit aber der Erb solchen Wolthaten wirklich zu genießen
 haben möge, so wird bey solcher Inuentirung erlich er-
 fordert, daß er auf Erlaubnis des Raths, alda des verstor-
 benen Glaubiger und diejenigen, welchen im Testamente et-
 was vermach, soviel derselben in dieser Stadt und Gebiete
 durch des GerichtsDiener einen oder da dieselbe nicht alle
 bekannt, durch einen oeffentlichen Anschlag und Proclama
 bey Aufrichtung des Inuentarii auf gewisse darzu bestimmte
 Zeit und Stelle, so Ihnen dabey angezeigt werden sol, zu
 erscheinen eins für alle hieschen und laden lasse und darauf
 alsdann durch den Gerichtschreiber in beywesen zweyer
 glaubwürdigen Zeugen, welche den Verstorbenen gekannt
 Zusamt den citirten und erscheinenden Glaubigern und
 Legatarien auch so noch andere Glaubiger außer dieser
 Stadt Gebiete, so nicht citret waeren an dero selben statt
 dreyer dazu insonderheit erbeter erbgeseßenen Burger alle
 und iede des Verstorbenen Haab und Guther, Schulden,
 Gegenschulden, briefliche Vhrkunden und alles anders,
 was in des Verstorbenen Verlassenschaft bey seinem Ableben
 befunden ordentlich und unterschiedlich mit eines ieden ei-
 gentlicher Beschaffenheit, destination und Werth, inuentirt
 und beschrieben, folgends auch daffelb Inuentarium zu End
 nicht allein durch den Gerichtschreiber, welcher daffelb ver-
 fertiget, sondern auch durch den Erben selbst mit eigener
 Hand oder wofern derselb nicht schreiben konnte, durch ei-
 nen andern deswegen requirirten Notarium, daß solch In-
 ventarium von ihm dem Erben getreulich und ohn alle Arg-
 list und Gefahrde aufgerichtet sey worden, unterschrieben
 werden.

a) mo-

- a) monumenta inedita, tom. III. p. 2083.
 b) Est illud ius, quod reperitur in C H R I S T. de N E T T E L E L A
thesauro iuris prouincialis et statutariorum, tom. I. p. 633.
 c) *historia statutorum Hamburgensium, cap. I. sqq.*
 d) part. III. tit. VII. §. 2.
 e) loc. cit. §. 3.
 f) loc. cit. §. 4. Recitamus haec verba ex authentica editione, quae
 comparuit seculo antecedenti, in fronte insignibus quatuor consu-
 lum decorata : reliquae tamen editiones ac in his novissima de anno
 CLO DCC LXX. vel minimum hoc in epite prorlas conueniunt.

§. II.

s i paullo curatius formam hanc intuemur, haud in-
 ficiari possumus, illam solo in iure Romano esse funda-
 tam et ex isto ab Hamburgensibus in iura ipsorum
 translatam. Qui perpendit, statuta ex omnium iuris pe-
 ritorum sententia atque ore fontem esse iuris Germanici
 ac illa antiquioribus temporibus a maioribus nostris eum
 potissimum in finem esse condita, vt ibi pristini mo-
 res conseruarentur atque angustioribus terminis auctoritas
 iuris peregrini circumscriberetur; et simul ponderat,
 supervacanei operis culpam statutorum auctores effu-
 gere haud posse, qui peregrinis ex legibus illa compilanda
 consent; neque ad auctoritatem respiciunt, quam istae in
 patria nostra, et si in statutis haud in germanicum sermo-
 nem sint translatae, sustinent: is profecto forsitan mira-
 bitur, quid sit, quod iam imitari nolim G I E S E B E R T V M
 illum, qui omnia patria instituta ex Romanis legibus de-
 riuare; vel minimam has cum ipsis conciliare velit
 hancque in rem *Justinianum suum harmonicum* conscri-
 beret. Libens id largior; sed interpretis officium a)

A 2

trans-

4

transgredederer, si alio ex fonte caput hoc Hamburgen-
sium statutorum explicare vellem.

a) Ostendit illud, intuitu statutorum **G E O R G . C H R I S T - A L-**
B E R T . S P I E S I V S , de causa Germanorum mixti generis sta-
tutor, interpretatione, Altorfii, C I C I O C C L X I V .

§. III.

Q V F M A D M O D V M plerisque iuribus statutariis,
quae secula decimo quinto aequa ac sexto et decimo vel
eo tempore, quo iurius consulti plane hospites essent ac pe-
regrini in patriis instituti, conderentur, contigit, ut in
iis irreperet ius Romanum: immo eorum auctores flo-
culis, ex illo decerpitis, vbiique condonare studerent a);
ita idem de Hamburgenibus statutis merito est adfir-
mandum. Quibus officium, illa conscribendi, erat de-
mandatum, hi inter doctores iuris locum tenebant b)
et quid quaeſo ab iis aliud erat exspectandum; quam
quod praeter antiquiora statutaria ius Romanum confu-
serent, quod ipsis memoratu dignum est vifum, audeſar-
riperent atque in corpus statutorum, quod compilarent,
transferrent; factum vero quoque esse, facile demonstrari
potest, si peroulutare ſaltem vellemus haecce statuta c).

a) **I O . A D A M . K O P P , h i f t o r . i u r i s , p . 2 5 5 .** **I O . S T E P H .**
F U T T E R , element. iuris Germanici , p . 2 8 . et **C H R I S T .**
H E N R . E C K H A R D V S . hermeneutic. i u r i s , l i b r . II . c a p . I . et
15. p. 317.

b) **M I C H . R I C H E Y h i f t o r . i u r i s H a m b u r g e n i s .** c a p . I . § . 3 8 .
P . 3 4 . et V , C . **I O . M . S I E V E R T** diff. de contractu Hambur-
gensium pignoratio, quam aufſieciis ill. **P R A E S I D I S** anni
C I C I O C C L X I X , hic defendit, c a p . I . § . 3 .

z)

c) eiusdem verbi causa part. I. tit. XX. art. 1. tit. XXXL art. 3. tit.
XXV. art. 6. part. II. tit. I. art. 8. tit. III. art. 16. tit. IIII.
art. 18. tit. VI. art. 4. et 7. tit. VIII. art. 9. RICHE V loc.
citat.

§. IV.

Q'VAE quum ita fese habeant: sponte sua ex his sequitur, vt Hamburgenses potuerint quoque ea, quae de inventarii confectione in legibus suis ordinarunt, petere ex institutis Romanorum: neque vero minus nobis deficiunt argumenta, ex quibus clare potest deduci, petuisse quoque Hamburgenses illud istis ex legibus. Si ante omnia oculos conicimmo in causam, cur haec de forma inventariorum differuerint, factum fuisse id inuenimus, vt monstrarent viam heredi, qua liberare fese posset a solutione aeris illius alieni, quod vires hereditatis excederet, atque ipsum *beneficii inventarii* participem redderent. Nondum quidem expeditum est, num Germani quondam heredem ad omnia debita soluenda obligauerint; an facultatum tantum, quas defuictus reliquit, rationem habuerint: immo semper adhuc mihi fese probat conjectura summi viri,
IO. IAC. REINHARDI, a), ex sententia maiorum nostrorum heredem ultra vires hereditatis nunquam teneri. Hand audeo id probare cum litteratissimo hoc iurisconsulto ex SVEVICO b) iure aequo ac BAVARICO c); sed prouoco potius partim ad leges antiquiores, videlicet Westphalicas; partim ad placita Saxonum, qui semper optimi morum priorum fuerunt custodes. In speculo SAXONICO e) sequentia legimus verba: *swe so daz erbe nimt, der sal durch recht di schulte gelde also verne so daz erbe gewenet an varñdez habe*: verba, quae omnem perfecto attentionem merentur: immo eamdem ob causam in Saxonia

nia adhuc quilibet heres liberare se potest a soluendis debitis, vbi ad iuramat specificationem rerum, quas occupauit, hereditiarum earumque redditionem sese offert f). Libentissime hoc concedimus; nihil tamen minus statuimus, ab antiquissimis abhinc temporibus adoptatam fuisse a plerisque Germaniae incolarum regulam iuris Romani. Quod iam hac de re cautum sit a R I P V A R I I S g), aequae ac B V R G V N D I O N I B V S h), REINHARDVS ipse tradit: neque vero aliud sanctum est in speculo s v e v i c o aequae ac iure C A E S A R E O. In illo regula generatim proponitur: i) wer erbgut nymbt, der sol ze recht die schulden gelten, die man weyßt; hoc autem eamdem rem multo luculentius ita tradit: k) eyn iclich mensche sal wissen, wer daz erbe nymmet. Daz her dy scholt gelten sal, wan Iß der Scholt vel vnn der Erbes wenig, ez sy firende gut oder legende gut vnn griffet hers an czu haldene. Er ist schuldig czu geldene alle dy scholt, her thu ez den med usgescheyden diengen also ez der keyser hat gesaczt. Quis quaeso non sentit hoc loco Romanum praeceptum in iure, quod, si S E N C K E N B E R G I I sententiam sequi volumus, specula aetate antecedit et si non illa quoque superat, ante plura tamen iam secula conditum esse constat. Eamdem ob caussam proverbia a Germanis formata esse constat: Erfnis ist geen Wünste l) et wer einen Heller erbet, muß einen Thaler bezahlen m) ideoque H A M B U R G E N S E S haud reprehendendi erant, vbi idem quoque adprobarent et vna cum plerisque Germaniae incolis a priscis deflecterent vestigiis; hac autem sententia semel ab iis adoptata, nec remedium aliud, quoheres sibi consulere posset; quam in beneficio inuentarii deprehendere potuerunt, ideoque etiam simul formam illius, quam leges Romanae praescribunt, introducere eos oportuit.

a)

a) in denen iuristisch und historischen kleinen Ausführungen, tom. II.
p. 1351.

b) Locus, quem adlegat REINHARDVS ex speculo Suevico, invenitur in cap. 262. tom. II. corporis iuris Germanici SENKENBERGII, p. 312. Loquitur auctor de casu, quo maritus praeter delicta nihil relinquit; eius vero vidua, aliunde bona sibi adquirit, et secundas nuptias celebrat. Merito illo in casu vxorem a soluendis debitis prioris mariti absolvit; sed per id haud definit, quid obtineat, ubi quidem bona hereditaria adfunt adque ab heredibus possideantur; sed haud sufficient. Neque praesidium petere potest ex ultimis verbis: weder der man noch das weib geltent des ersten mannes schuld, wann als vil ly got beyde beweiset vnd in Gnaden gibe zeshun, siue hanc; siue lectionem codicis VPFENBACHIANI vel ARGENTINENSIS adprobamus, quum SVEVVS his verbis ea faltim debita excipere voluit, quae sponte soluere vult eiusmodi vidua.

c) tit. XI. in HEVMANNI opusculis, p. 80. Eadem huius iuris est ratio. Mirum prosector est, qua ratione REINHARDVS ad hoc effatum prouocare potuerit, quo de hereditate adita ciusque effectibus ne syllaba quidem occurrit.

d) lib. VII. tit. I. cap. 8.

e) lib. I. specul. Sax. art. I.

f) Const. electoral. Sax. part. III. const. 53. CARTZOVIVS ad part. III. const. XXIII. def. 18. BERLICH. part. III. conclus. 46. no. COLEK. part. I. decis. 68. no. 6.

g) tit. LXVII. cap. I.

h) tit. LXV.

i) cap. 260. tom. II. corp. iuris Germanici, p. 311^o

k) part. II. cap. 49. tom. I. corp. iur. Germ. p. 44^o

l) 108



l) EO. FRID. EISENHARDVS, in den Grünsäcken des genti-
schen Rechtes in Sprichwörtern, p. 285.

m) IDEM, loc. citat. p. 286.

S. V.

QVVM beneficium inuentarii, quod Hamburgenses
heredibus tribuere vellent, ipsis occasionem suppeditaret,
formam, qua inuentarium conscribendum sit, definiendi,
atque istud solo ex iure Romano disceretur: non potuit
fieri; quin eiusdem principiis, in modo inuentarium confi-
ciendi, inhaerenter, eundemque hisce ex legibus peregrini-
nis peterent; sed idem clare videmus, siue tempus, quo
inuentarium sit conficiendum: siue personas, quae huic
negotio interesse debebant: siue obiectum eius; siue tandem
ritus ipsos, qui in illo essent obseruandi, consideremus.

S. VI,

VBI ad tempus primum nos conuertimus, intra
quod illud negotium absoluendum eset: imperator IV-
STINIANVS id curate in satis nota constitutione defi-
niuit a). Quum in illa generatim id, quod quondam in
fauorem heredum a HADRIANO erat introductum atque
ad milites a Gordiano restitutum, renouare studeret hac in
lege per beneficium inuentarii b): ante omnia tempus de-
finit, intra quod illud sit consignandum, ea ratione, vt in-
ter heredes praefentes atque absentes sedulo distinguant.
Ils partim terminum, quo sit incipiendum; partim termi-
num, quo sit absoluendum, praescribit, quumque intra
triginta dies, ab eo momento, quo quis ad legitimam
scientiam hereditatis in se delatae peruenit, computandos,
initium huius laboris fieri velit, alias duas menses; siue sexag-
gin:

—

ginta dies simul ei, ad conficiendum inuentarium addit c).
ut intra triginta dies, inquit, post apertas tabulas; vel
postquam nota fuerit ei apertura tabularum; vel delatam si-
bi ab intestato hereditatem cognoverit, numerandos, exor-
dium capiat inuentarium super his rebus, quas defunctus
mortis tempore habebat, et hoc inuentarium intra alios sexaginta
dies modis omnibus impleatur. Immiscescet dein quae-
dam alia et tum ad heredes absentes se conuertit ac gene-
ratim illis anni spatium, intra quod inuentarium sit con-
signandum, ita concedit: sin autem a locis, in quibus res
hereditariae; vel maxima pars eorum posita est, heredes
abesse contigerit, tunc eis unius anni spatium; a morte te-
batoris numerandum, damus ad huiusmodi inuentarii con-
summationem d): omnia vero haec ad verbum in statuta sua
transtulerunt Hamburgenses. Quoniam triginta dies in
iure Romano spatium unius mensis complectentur e):
immo iure quoque camerali idem sit sanctum, spatium,
quod concedunt heredi ad conficiendum inuentarium,
non secundum dies; sed menses definiti: peritamen haud
a constitutione Justiniani deflectunt; sed potius omnia,
quaes hac de re iussaret imperator, retinuerunt g): So
ist dagegen den Erben diese Begnadigung und Wohlthat
Rechtes gegeben, daß sie in einem Monat, dem nächsten,
nachdem sie des Todesfalls und angestorbenen Erbschaft be-
richtet worden, alle und iede, des Verstorbenen Haab und
Güther — — — zu inuentiren und zu beschreiben an-
fangen, und in zween Monathen darnach vollenden und
also das ganze Inuentarium in dreyen Monaten versetzen
mogen, wiewohl aus beweglicher Ehehaft, als da der
Erbe absens oder der Erbschaft Güther an verschiede-
nen Orten zerstreuet seyn, laengere Zeit und ein ganz Jahr
zur Inuentatur zugelassen werden soll.

a) L. 22. §. 2. C. de iure deliberandi,

B

b)



- b) consultissimus IO. MELCHIOR GOTTLIEB BESECKE,
de crezione, iure deliberandi, et inuenario in adeunda hereditate,
p. 31.
- c) secundum ea, quae tradit CONSTANTINVS HARMENO-
PVLVS, libr. V. tit. II. idem spatium tutoribus ad consignan-
dum inuentarium est concessum: illud autem, de quo nobis est ser-
mo, non a die aditac hereditatis; sed a tempore, quo heres fecit
hereditatem ipsi esse delatam, est computandum. ANTON PER-
EZ, ad L. 22. C. de iure deliberandi. BENED. CARPPZON-
VIVS, part. III. const. XXXIII. def. 13. et WOLFG. ADAM
LAUTERBACHIVS, diss. de inuentario hereditatis, §. 13.
- d) iurisconsulti, quantum scio, questionem, quis sit terminus a quo
huius spati, haud tetigerunt, si excipias ANTON PEREZ.
comm. ad cod. p. 508. qui, id a tempore mortis incipere; sed ne-
cessio quoniam ex fundamento, sibi persuadet; extra tamen dubita-
tionem est postquam, illum quoque a momento, quo quis hereditatem
ipsi delatam esse, scit, esse computandam.
- e) L. 101. D. de R. I. ac L. 132. ff. de V. S. IAC. CVIACIVS,
de praescriptionibus, cap. 12, et IAC. GOTHOFREDVS,
not. ad L. 101. D. R. I.
- f) ordinat. cameral. imper. part. II. tit. XXXIII. vnd fallen.
- g) part. III. tit. VII. §. 3.

§. VII.

QUEMADMODVM iam ex his eluet conuenientia
iuris Hamburgensis cum iure patrio; ita quoque non mi-
nus adparet, si ponderamus personas, quarum praefen-
tiam Hamburgenses hoc in negotio requirent. In tres
clases diuidere possumus, quos praesentes esse voluerunt,
quum alii eorum adsunt, vt consignarent res hereditarias;
alii

alii ut rationibus suis prospicerent: alii solum, ut actum praesentia sua redderent follemniorem. Existis nominare tantum possumus tabellarios *a)*, qui cum tabellionibus a DION. IAC. GOTHOFREDO *b)* falso confunduntur, et, ut non inficiandum est, publica auctoritate et quidem sacramento, ciuitatis rationibus fuerunt praepositi. Disputant iurisconsulti, num unus; an plures horum tabulariorum adesse debuerint. Si ipsa legum verba paullulum intuemur, merito cum iurisconsultis Argentoratensis *c)* facere et a CONR. RITTERSHVSIO *d)* aequaliter ac WOLFG. ADAM. LAVTERBACHIO *e)* discedere ac duos vel minimum adesse oportuisse, statuere debemus, quum etiam plures tabularii ad consignandas res pupillorum adhiberentur *f)*. Tolummodo vni tabellariorum subscriptionem inuentarii, si heres scribere nequeat, imponerent et duabus in legibus *h)* plurium tabulariorum, quae interessa debuissent inuentario confiando, mentio fieret. Coniungendi sunt cum tabellaris illi quibus intererat, omnia, quae reliquerat defunctus, in inuentario consignari, videlicet, creditares aequae ac *legatarii* et *fideicommissarii*. De legatariis ac fideicommissariis clara constat lex *iustiniani h)*; neque vero minus praesentiam creditorum fuisse necessariam, concludimus partim ex ratione, ob quam legatarii et fideicommissarii ad actum hunc vocarentur, quaeue etiam locum habebat in creditoribus; partim autem ex eo, quod generatione *ii*; qui ad confectionem huius inuentarii sunt necessarii, ex sententia imperatoris adesse debebant *i)*. Non opus fuit, ut ipsi praefestes adessent; sed admittit quoque imperator loco eorum procuratores, *si forte sexus, dignitas, qualitas, aetas, aut necessitas quaedam eis non permitteret, ut inuentario confiando interesset possent;* neque vero omnium legatariorum praesentiam requirit; sed in *iis*, qui in ea-



dem ciuitate morantur, persistit. Tandem *testes* nonnunquam in actu hoc necessarii sunt ex sententia imperatoris. Requiruntur illi potissimum eo in casu, vbi legatarii absunt; vel heres litterarum est ignarus; neminem autem testis officio fungi constat; nisi bona possideat bona que est existimationis. Haec sunt, quae iure Romano de personis, ad inventarium conficiendam adhibendis leguntur; vbi autem cum iis ordinationem Hamburgensem coniungamus, in eo quidem discedunt eius latores a iure Romano, quod citationem publicam requirant et intuitu modi, quo illa sit facienda, ita inter cito-
 tandos distinguant, vt si illi sint noti, auctoritate magistratus per apparidores, si autem sunt ignoti, per edictales vti vocantur, citentur; So wird, aiunt, bey solcher Inventirung erſtlich erforderet, daß er auf Erlaubniß des Raths alle des Verstorbenen Glaubiger und diejenigen, welchen im Testamente etwas vermacht, soviel derselben in dieser Stadt und Gebiete durch des Gerichts Diener einen, oder da dieselbe nicht alle bekannt, durch einen öffentlichen Anschlag und Proclama bey Aufrichtung eines Inventarii auf gewisse darzu bestimmte Zeit und Stelle, so ihnen dabey angezeigt werden sol, zu erscheinen eins für alle heischen und laden lasse. Latius vel minimum progredivuntur et modum, conuocandi credidores, quod antea haud erat factum, determinant: immo in eo quoque a iure Romano discrepant, quod, quum plures tabellarios requireret, in uno iudicij scriba adquiescant; ei tamen duos testes fide dignos semper adiungendos consent: und darauf alsdenn durch den Gerichtsschreiber in Beyzeien zweyer glaubwürdiger Zeugen welche den Verstorbenen gekannt — inventiri und beschrieben werden. Haec sunt, in quibus statuta nostra a iure Romano dissident: reliqua vero eius hac de re capita ita retinent, vt 1) præsentiam ta-
 bella-

bellariorum, videlicet *des Gerichtschreibers* requirant: 2) creditores aequae ac legatarios huic negotio interesse velint; id tamen 3) solummodo ad eos, qui conmorantur in ciuitate; vel in territorio restringant; porro 4) praeter testes, qui adhibendi sunt in casu absentiae creditorum, tres quoque ciues possessionatos simul adesse iubeant. Tandem 5) eo in casu, ubi heres litterarum est ignarus, alium quoque notarium, *einen andern deßwegen requirirten Notarium* requirunt. k)

a) Duplex tabulariorum genus esse constat, quinque alii in ministeriis singularium ciuitatum essent reique tributariae preeſtati, quemadmodum ex SIDONIO APOLLINARI, libr. III. epift. II. et SYMACHO libr. VIII. epift. 10, nec non multis legibus vtriusque codicis, videlicet THEODOSIANI aequae ac IUS TITIANAEI patet: alii in iudicium officiis exfliterunt, eandem obcaußam, ut a prioribus distinguerentur, vocati sunt, *tabularii adparatores*, quemadmodum docē demonstrarunt IAC. GOTHOFREDVS, comm. ad cod. THEODOSIANVM, tom. II. p. 488. et BARN. BRISSON, de verbor. significacione, libr. XVIII. p. 1305. edit. HEINECCI. Differebant priores iterum a tabellionibus, siquidem illi saltim ciuitatum rationibus scriberent, tabelliones autem omnia, quae in iudicio gesta sunt, litteris mandarent; num autem ciuitatum 5; an potius iudicium tabulariorum adhibiti sunt ad inventarium conficiendum, quaestio est perdifficilis. Neque ex L. 22. C. de iure deliberandi, neque ex græco texu nouellae 1. cap. 2. id est colligendum, quin utraque lex tabularii solum adhibet nomen; eorum tamen sententia, qui statuant, tabulariis ciuitatis negotiorum hoc impostum fuisse, similitudinem veri imprimis consequi mihī videtur.

b) *not. ad nou. I. cap. 2.* Videas HERMAN. VULTEIVM, libr. I. de iudic. cap. 7. et BARN. BRISSONIVM, loc. cit.



- c) collegio iuris Argentoratensis, libr. XXIX. tit. II. thes. 32. nr. 2.
 d) expositione nouellarum, part. VI. cap. 8. p. 337.
 e) diss. de inuentario hereditatis, §. 10. Descripsit eum ad verbum
 P E T R. M V L L E R V S, ad Scrutu, exere. XXXII. thes. 55. tom.
 II. p. 777.
 f) L. 32. C. de episcopis.
 g) L. 22. C. de iure deliberandi.
 h) Nou. I. cap. 2.
 i) L. 22. C. de iure deliberandi.
 k) Nou. I. cap. 2.
 l) part. III. tit. VII. §. 4.
 m) loc. citas.

S. VIII.

RESTAT, vt ad obiectum aequa ac formam ipsam, conscribendi inuentarium nos conuertamus. Illud ita determinant iura Romana, vt in inuentorio consignari iubent *omnes res, quas defunctus mortis tempore habebat a)* et per id satis euidenter significant, omnes res tam mobiles; quam immobiles, corporales et incorporales, debita aequa ac credita ibi nominari debere b): statuta autem Hamburgen-sia ab eo haud dissident; sed pluribus tantum verbis vnam eamdemque rem proferunt quum aiunt: *alle und iede des Verstorbenen Haab und Guther Schulden, Gegen Schulden, briefliche Vrkunden und anders in die Erbschafft gehorig c).* Idem vero adfirmari a nobis debet de ipso modo, componendi inuentarium. Respicere hoc loco debemus, partim ad inuentarium ipsum; partim ad eius subscriptionem. Quod ad illud pertinet, **G E O R G. A D A M. S T R V V I V S** d) persuasum habet, scribi debere inuentarium a notario.

In-

Ingenue fateri me oportet, me non perspicere posse rationem, ex qua, illud a IVSTINIANO cautum esse, statuat; in subscriptione autem distinguit imperator, num litterarum ignarus sit heres; nec ne. Priori casu heredi subscriptionem inuentarii eo modo intungit, ut rerum quantitatem addat et declaret, nulla malitia eum esse visum; nec quidquam penes eum remansisse; posteriori vero pluribus solemnitatibus opus est. Notarius inuentarium loco heredis subscribere debet; illud tamen fieri debet iussu heredis idque in praesentia testium, qui heredem norunt ipsiusque mandatum, hac de re notario datum, audiunt. Neque vero in eadquiescit; sed simul hoc in casu addi vult signum crucis, quod venerandum hoc loco, alibi autem sanctum, honorandum fideique nostra signum vocatur. Subscriptionem, inquit imperator, e) tamen supponere heredem necesse est, significantem, et quantitatem rerum et quod nulla malignitate circa eas ab eo facta; vel facienda res apud eum remaneant; vel si ignarus sit litterarum; vel scribere praepediatur, speciali tabulario ad hoc solum adhibendo ut pro eo litteras supponat, venerabili signo antea manu heredis praeposito, testium videlicet adsumendis, qui heredem cognoscant et inbente eo tabularium prose subscribere interfuerint. Si STRVVII f) sententiam sequi vellemus, statuere nos oporteret, crucis signum semper adiiciendum esse; sed hoc non; nisi ipse heres litterarum sit expers, cogitare possimus; isto autem in casu signum in locum subscriptionis addebatur. Haec sunt, quae iure Romano hac de re cauta: iam videamus, quid placuerit latoribus statutorum Hamburgensem. Quum semel fibi proposuissent, placita iuris Quiritium hac de re adoptare: haud requirunt, ut inuentarium illud a notario scribatur; intuitu subscriptionis autem distinguunt, num artis scribendi sit peritus; nec ne. Priori in casu scriba publicus ac heres nomina subscribere

de-



debent; vbi vero posterius locum habet, solummodo inuentarium a notario et scriba signari volunt; nec h) quidquam de signo crucis mentionem faciunt.

- a) L. 22. C. de iure deliberandi.
- b) LAUT ERBACH IVS, loc. laudat.
- c) loc. citat.
- d) exerc. XXXIII. thes. 55. tom. II. p. 777.
- e) L. 22. C. de iure deliberandi.
- f) loc. citat.
- g) Satis notum est, varium ac diuersum quandam fuisse signorum crucis usum. Vestigia eius in iure inuenimus, quod non est negandum, videlicet in L. 26. C. de episcopis et clericis: L. II. C. de iudeis. Nouell. 123. cap. 32. aliisque locis plura vero hac de re profert IUST. LIPSIVS tract. de cruce, libr. III. cap. 15. tom. III. oper. p. 1211. et CHRIST. WILDVOGEL, de signo crucis, lenae, colloxe. IOS. BINGHAM, origin. eccles. Vol. XI. cap. 9.
- h) loc. citat, atque alias,

§. IX.

Q V V M ex his, quae tradidimus, satis abunde constat, Hamburgenses ea, quae praecipiunt de forma inuentarii, solo ex iure Romano haussisse iurisque periti vno ore ac mente confitentur, statutaria iura ita explicanda esse ex fontibus ipsorum, ita, vt exponenda sint ea, quae in illis sunt iuris Romanii, ex iure Romano; vbi autem interpretanda ea, quae sunt iuris Germanici, Germanicae consulendae sint leges, plura conjectaria hac de re ducere nobis licet, quae profecto memoratu sunt digna. Ante omnia quaestione in medium proferimus, num penes Hamburgenses obsignatio aequa ac resignatio praecedere debeat confectionem inuentarii? Non ne-

gan-

gandum est, nunquam posse de inventario, quod in illo
 omnes, quas defunctus reliquit, res sint consignatae, ad-
 firmari; nisi statim eo momento, quo earum defunctus
 possessor, vitam cum morte commutauit, omnes eius res
 ita sunt publica autoritate obsignatae, ut sub sigillis pu-
 blicis maneat, donec inventarium perficitur; neque prius
 illud negotium suscipitur; quam si heredes ac omnes,
 qui ex praescripto Iuris civilis interesse debent actui huic,
 agnoverint, haud laesa esse sigilla; nec quidquam po-
 tuisse post obsignationem amoueri. BENEDICTVS
 itaque CARPOVIVS ^{a)}, GOSWIN. AB ESBACH ^{b)},
 ANDR. RAVCHBARC ^{c)}, IO. BALTHASAR DE
 WERNHER ^{d)}, AVGUSTIN. DE LEYSERE ^{e)}, et
 IVST. CLAPROTH ^{f)}, inventarium condii haud posse;
 nisi obsignatio praeceaserit: immo CASP. HENR. HOR-
 NIVS ^{g)} existimat, nec tunc inventarium locum habe-
 re, si obsignatio quidem; non iusto tamen tempore fa-
 cta est. Sententia haec in foro est recepta; ubi autem
 eamdem questionem solis ex legibus Hamburgensisibus
 decidere volumus, in alias discedimus partes. Neque in
 una; neque in altera constitutione syllaba deprehenditur,
 ex qua apud Romanos obsignationem cognitam fuisse,
 liqueret. Recte itaque WOLFGANG. ADAM. LAV-
 TERBACHIVS ^{h)} silentio eam praetermittit, quum so-
 lemnitates, in inventario obseruandas recenset; nec sine
 iniuria eo nomine reprehenditur ab AVG. LEYSERO ⁱ⁾.
 Quod in LAVTERBACHIO LEYSERVUS vitupe-
 rat, idem factum esse constat a iurisconsultis TUBINGEN-
 SIBVS ^{j)}; immo SAM. STRYCKIVS ^{k)} aequo ac IO.
 AD. KNORRIVS ^{l)} ac IVST. CLAPROTH ^{m)}, animad-
 uertunt, obsignationem fuisse fere inusitatam Romanis ac
 multo minus receptam in confectione inventarii. Haec
 quum ita sese habeant; Hamburgenses autem in iis,

C

quae



quae obseruari volunt in forma inventariorum, solum sequuntur principia iuris Romani; nec eorum ex sententia requiri statuimus ad confectionem inventarii obsignationem, vel resignationem.

- a) iurisprud. Romano forens., part. III. const. XXXIII. def. 10.
- b) not. ad Esbach. loc. cit.
- c) part. I. quæst. 29. nr. 14.
- d) select. obseruat. forens. part. III. obs. 136. tom. I. p. 635.
- e) spec. CCCXLIV. med. 4. et 5. tom. III. p. 709.
- f) prim. lineis iurisprud. extrajudicial. sect. II. sp. membr. I. cap. II. tit. XV. p. 105.
- g) diss. de tricesimo die, §. XVIII.
- h) diss. de inventario hereditatis, Tübinger, 1510cc.
- i) consil. Tübinger, vol. II. consil. XXXIII. nr. 20. seqq. p. 290.
- k) vñ moderno digestor. tit. de iure delibrandi, §. 2.
- l) diss. de obsignatione iudiciale, Halae 1510ccXXII.
- m) loc. citato.

§. X.

PROGREDEMVR ad aliam quæstionem, longe difficultiorem; neque vero minus grauem, num secundum statuta Hamburgensia in locum inventarii iurata specificatio possit substitui; nec ne? Si rem ex iure Romano dijudicare velimus, inventarium et iurata specificatio haud multum inter se differre videntur, quum, vt antea iam monstratum est, inventarii confectioni antecedere haud debet obsignatio; vel resignation, atque illud non minus; quam iurata specificatio iureiurando confirmari debet, si id desideratur. Illud haud inficiari possumus; nihilo tamen minus differentia adest inter iura-

juratam Specificationem atque inuentarium, quum hoc sollemniter, in praesentia creditorum ac legatariorum a notario; vel tabellario, illa autem priuatim tantum conscribitur *a*). Supra iam monuimus, secundum ius Saxonum omnino alterutrum, vel inuentarium; vel iuratam specificationem sufficere hocque ab antiquissimis temporibus obtinuisse, et usque ad nostram aetatem esse conservatum. Qui illud considerat ac perpendit, Saxonum mores Hamburgensibus in primis placuisse, in conjecturam forsitan duci posset, iuratam specificationem eamdem hac in Florentissima republica habere virtutem, quam habet illa in Saxonice prouincie; verum enim vero id tantum ex statutis haud colligere possumus. Quod ibi de inuentario cautum est, iuratam specificationem haud adprobat: heredi tantum inuentarii editionem iniungit et, quod maximum est, ex iure Romano est delibatum. Neque ibi quidquam legitur de iurata specificatione eamdemque ob rem nec ad eam extendere licet statuta secundum regulas artis interpretandi *b*).

- a)* Copiosius rem hanc exponunt C. G. N. R. G. VIL. STRECKE-RVS, de Specificatione iurata, Erford. C. D. CC. XXVII, et CHRISTIAN. FRIDER. SCHROETERVS, de iurata Specificatione, Iena, C. D. CC. XXXVIII.
- b)* Eamdem iam sicut sententiam perill. F. R. I. D. E. S. A. I. A. S. DE P. V. E. N. D. O. R. F., obseruat. iuriis vniuersi, tom. II, obs. 191. p. 414.

S. XI.

Q. V. M. usus forensis saepenumero deflectere solet ab eo, quod verba legis in se continent: ex his haud sequitur, nec in foris Hamburgensibus admitti posse in locum inuentarii iuratam specificationem: immo sententiam

C. z hoc



hoc modo Hamburgi pronunciatam per illustris de NETTE
 TELBLA a) ita nobis exhibet: *In Revisions Sachen Magdalenen Barendorff, Beklagter, Impetrantin, an einem, entgegen und wider Annen Barendorf, Klaegerin, Impetrantin andern Theils, erkennet E. E. Rath auswaertiger Rechtsgelehrten zu Recht: daß Beklagtin, weil sie ihres verstorbenen Ehemanns Erbschaft renunciaret, zur Collation ihres Vermogens nicht angehalten werden mag: sondern es wird derselben eingebautes Guth, soviel sie dessen erweislich machen wird, billig abgefolt: sie ist aber über ihres Ehemanns Verlassenschaft ein richtiges Inventarium; oder in Mangelung dessen eine eydliche Specification zu ediren — schuldig.* V. R. W. Quae quamvis ita se habeant: vnica ex hac sententia, ab extraneis iurisconsultis lata, vsum specificationis iuratae concludendum esse haud puto eumque, qui illum Hamburgi adfirmat, clariss id probare debere statuo. Et si enim AVGUST. LEYSERVUS b) generatim specificationem iuratam secundum mores Germanorum sollemni inuentario aequipollere censem cat ceteraque Germaniae gentes Saxoniam hac in parte imitari statuat eumque ad finem ad auctoritatem IO. BRUNNEMANNIC) aequa ac IO. IOACHIM. SCHOEPFERID) prouocat; per id tamen documenta consuetudinis uniuersalis, quae pro specificatione iurata pugnaret, nobis minime exhibet. Eo maiori iure illam in dubium vocare possumus, quum specificatio hac ex regula antiqua, Saxonum propria; neque iis cum aliis gentibus communi; quod heres ultra vires hereditatis haud teneatur, descendit et eamdem ob rem plures prouincias atque vrbes nominat FRID. ESAIAS DE PVEENDORF e) in quibus specificationem ejusmodi, iure iurando corroborandam in locum inuentarii substituere non licet. Conuenit cum illo vir, de iurisprudentia immortaliter meritus, DAVID.
 GEORG.

GEORG. STRUBEN f), nec, consuetudinem hanc vbi-
que valere, statuit IUST. HENNING. BOEHME-
RVS g) eamdemque ob causam recte perillustr. 10.
AVG. HELLFELDIVS statuit, illum, qui extra Saxo-
niam beneficium hoc speciale tribuit heredi, illius vñum
rite probare debere.

- a) *thesaur. iuris statutar. ac prouincialis*, tom. I. p. 1069.
- b) *Spec. 365. med. 1. tom. VI.* p. 716.
- c) *commens. in codicem, ad I. vtr. C. de iure deliberandi*, p. 737^o
Nihil aliud tradit; quam quod iurisconsulorum Francofurtensum
ordo non solum in caussis, foro Saxonico actis; verum etiam
in controversiis aliis, solo ex iure ciuili decidendis, virtutem saepè
memoratam tribuerit specificationi iuratae.
- d) in *Synopsi pandectar. lit. de iure deliberandi*, nr. 17.
- e) *ob. iuris uniuersi*, tom. II. ob. 101. p. 414.
- f) *in den rechtlichen Bedenken*, tom. III. p. 314.
- g) *exercitat. in pandectar. tom. III.* p. 58.
- h) *iurisprud. Rom. forensi, libr. XXVIII. tit. VIII. §. 1471.* p. 970.
Addas DAV. MEVIVM, part. II. decis. 96. et perillustr. 10.
CHRIST. KOCHIVM, medicat. ad Schauburgium, primæ
editioni tract. eius de success. ab intestato, subiectis, p. 59.

§. XII.

Si verum est, vti est, doctrinam iuris Romani de in-
uentario tradi in statutis Hamburgensisibus, concludimus
porro, eodem ex principio, heredem præstationem iuris
iurandi, nunquam isto inuentario declinare posse. a) *Li-
centia danda*, ait imperator, *creditoribus*; *jeu legataris*;
vel *fideicommissariis* si maiorem putauerint esse *substantiam* a
defuncto reliquam, quam heres in inuentario scripsit, qui suis
volue-



vulnerint legitimis modis quod superfuum est adprobare; vel per tormenta forsan seradium hereditariorum secundum anteriorem nostram legem quae de quaestione seruorum loquitur, vel per sacramentum illius, si aliae probationes defec-
vint. Refert imperator inter modos, quibus probare licet creditoribus maiorem adfuisse summam, etiam sacra-
mentum; nec vlla suspicione indicia antea supponit. Eo quum accedit, quod, si quoque alii doctores prius id haud statuant; quam si eiusmodi suspicionis indicia adfint, supponant res defuncti statim post mortem ipsius rite fuisse ob-signatas; nec praesumi posse, earum aliquas a herede
antea fuisse occupatas b), recte dissentit a D A V I D . M E-
V I O c) A V G U S T I N . L E Y S E R V S d), quumque ille,
suspiciones adesse vult, vbi locus esse debeat iurisurando,
hic id generatim, omni discrimine ac delectu remoto; ad-
mittit. Nonne vero idem in republica Hamburgensi valet,
quum semel ibi doctrina iuris Romani est adoptata? Illud ita
omnibus constat, vt nulla amplius egeat probatio-ne.

a) L. 22. §. 5. C. de iure deliberandi.

b) plerique iurisconsulti praesumptionem pro inuentario locum habere
putant, videlicet C H R I S T . P H I L . R I C H T E R , decisi. 59.
nr. 12. B E N E D I C T . C A R P Z O V I S parv. III. confit. 33. def.
8. D A V I D . M E V I V S , comm. ad ius Lubencense, libr. II. tit. II.
art. 27. atque iurisconsulti T V B I N G E N S E S , constit. vol. VI.
p. 207. verumtamen facile conciliari possunt cum sententia nostra.

c) part. IV. decisi. 92,

d) Spec. C C C L X I V . med. 7. tom. VI. p. 712.

§. XIII.

Q V V M extra omne dubium est positum, omnes, quo-
rum interest, poscere posse, vt heres iureurando inuenta-
rium

rium confirmes, si scilicet solum secundum normam iuris Romani conditum; neque eius confectioni antecesse sit ob-signatio; vel resignatio, merito quaeritur, num illud pro iureiurando necessario; an potius voluntario sit habendum. Ea est potissimum inter utrumque differentia, vt, si sit necessarium, non opus sit iis, qui eiusmodi iuriurandum poscant, vt iuriurandum prestant calumniae; bene tamen illud requiratur, si iuriurandum sit voluntarium. **L E Y S E R V S** quidem *a)* haud plene, quid hac de re sentiat, explicavit: multo tamen probabilius mihi est, ipsius ex opinione iuriurandum illud esse voluntarium. Nec deficiunt argumenta, quibus is, qui ita sentit, conjecturam suam fulcire potest, quum reuera **I V S T I N I A N V S** in eum, qui maiorem summam a defuncto reliquam esse, sibi persuaderet, onus illud testatum faciendi deuoluit et tantum media quae-dam probandi, nimisrum tormenta seruorum aequa ac sacramentum, nominat, atque illud iuriurandum, quo quis vti velit in probatione, iuriurandum voluntarium esse solet. Eamdem ob caussam iurisconsultus **E R N E S T . F R I D . S C H R O E T E R V S** *b)* inter inuentarium aequa ac iurata specificationem ita distinguit, vt, si super illo iuriurandum sit praestandum, sit voluntarium ac praefatio-nem iurisurandi calumniae requirat; vbi vere haec sit confirmanda, qui edit specificationem, facultate, praefatio-nem iurisurandi calumniae petendi haud fruatur. Con-sentiant cum illo plerique iurisconsulti; neque dubitamus, eo-rum in sententiā discedere atque statuere, voluntarium esse hoc iuriurandum: ideoque prius haud praestandum; quam si iis, qui id petunt, iureiurando calumniae fidem suam obstrinxerint *c)*.

*a) loc. laudat.**b) diss. de iurata specificatione, cap. II, §. 5.*



e) SAM. STRYCK, de cauel, iuram, part. III. sect. III. cap. I. §.
45. MEVIVS, part. VII, decij. 211. cum aliis,

§. XIV.

I AM restat, vt dispiciamus, quid obtineat, vbi he-
res tale inuentarium exhibere haud possit, siue eius con-
fectionem plane omiserit: siue illud vel minimum secun-
dum formam, legibus praescriptam, non considerit.
Quum ea, quea hac de re in statutis Hamburgenibus sunt
cauta, solo ex iure communi sunt diiudicanda atque illustran-
da, vti saepius est monstratum: merito distinguendum
est, num confectio eius ipsi sit remissa; nec ne. Quid locum
habeat ex iure communi, vbi posterior casus locum habet,
ne tironem quidem in iure fugit, quum non solum integra
debita hereditaria, licet massam hereditariam excedant, fol-
lure; sed etiam omnia legata ac fideicommissa praestare de-
bet; neque ei quidquam deducere licet nomine quartae
Falcidiae ac Trebellianicae. In promptu haec sunt, vt nulla
egeant disputatione a); idem autem praecipiunt Hambur-
genia statuta ac simul clare cauent, specificationem pri-
uatam haud substitui posse in locum inuentarii b): Wur-
de aber der Erb diese obgesetzte Form zu inventiren in ein
oder mehr nothwendigen Punkten ueberschreiten oder etwas ge-
fehrlicher Weiss im inuentiren verschweigen, verhalten
oder verbergen, und dessen ueberwiesen werden, so solle er die
schulde und alle Legatu, ungeachtet das er ein Inuentarium
auffgerichtet vnd die Erbschaft so viel nicht vermochte zube-
zahlen verbinden seyn. Quid vero quaelo sentimus casu
de priori? Nihil de eo cautum inuenimus in statutis Ham-
burgensisibus; merito tamen hac in re supplenda sunt ex
iure communi, quumque iurisconsulti c) in eo conueni-
unt, quod remitti quidem a testatore possit inuentarii con-
fessio

fectio in praeiudicium legatariorum; minime autem in praeiudicium creditorum, idem Hamburgi valere, existimamus. Remisso itaque inuentario, non dubium est; quin deducere liceat heredi a legato, quicquid ad supplendam Falcidiām deducere ipsi opus est et legatarius in priuata rerum consignatione adquiescere debeat, quam heres produxit.

- a) L. 22. C. de iure deliberandi et Nov. I. cap. 2. 10. NIC. HER^e
TIVS de effectibus genuinis non confecti inuentarii, vol. II. opuscul.
p. 274. HENR. DE COCC EII, de poena non confecti inuentarii,
vol. I. exercit. curiosar. nr. 61. AC PAVL. WOCHAV de solenni-
tatis et effectibus inuentarii hereditat. Altdorfii, clo I^o CC XXVI.
b) part. III. tit. VII. §. 5.
- b) DIDAC. COVARRVVIAS, libr. II. var. resolut. cap. 14.
STEPHAN. GRATIANVS, disceptat. forens. 59. num. 2.
IVL. CLARVS, in §. testamentum, quaest. 66. ANTON. FA-
BER, cod. Sabaud. libr. VI, tit. XI, def. 43. et AVG. LEYSE-
RVS, spec. 364, med. I.




VIRO SVMME REVERENDO ATQVE
CELEBERRIMO
IO. HENR. DAN. MOLDENHAWER
THEOL. DOCTORI AC PASTORI PRIMARIO
AD AEDEM CATHEDRAL. HAMBVRGENS.

S. P. D.

CAR. FRID. WALCHIVS.

Ex quo tempore optimus filius TVVS ad nostrum misarum domi-
ciliū sese contulit, nihil in se desiderari passus est; quod officia
probi ac diligentis ciuiis academici postulant; sed rectam potius
vitae aequa ac studiorum init rationem: legitimis disciplinis strenue
operam dedit, atque in his eas fecit progressiones, ut
exspectationem, quam ordini iurisconsultorum de se excitauit,
in examinibus, quibus se subiecit, non modo sufficeret; verum etiam superaret. Reddit quoque publico specimine ratio-
nes temporis, apud nos maxima cum laude consumti atque mon-
strat, dignum se esse honoribus, ipsi ab illustri ordine decretis: ego
vero iure mihi gratulator, quod in conflictu litterario sollemini, quem
meditatur, praesidis prouinciam mihi demandauerit, qui in recita-
tionibus pariter ac disputandi exercitiis saepenumero testis exstisti ac
spectator singularis cupiditatis, quo flagrant, in iure proficiendi.
Grauissimas itaque, VIR SVMME REVERENDE, sese TIBI
offerunt caussae, de fortunato TVI dilectissimi filii statu laetandi;
deus TIBI illum conseruet per longam annorum seriem atque efficiat,
ut aliquando TIBI in senectute sit solamen atque oblectamentum; a
TV A vero domo omnia funesta omina auertat et ea, quae in ho-
norem dei atque sanctioris coetus commodum suscipit, ex animi
sententia succedere iubeat. Vale meque amare perge. Lenae, d.
xiii. April. c. 10 15 CC LXXIV.



Jena, Diss.; 1772-74



56.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres



DISSE^RTATI^O IN AVGVRALIS

INVENTARI^I HEREDITATIS
FOR^MA
STATVTIS IN HAMBVRGENSIBVS
PRAESCRIP^TA

QVAM
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

CAROLO AVGVSTO

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE MONTIVM,
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE RELIQVA
EX ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS
DEC^ERETO

PR^A E S^J D^E
CAROLO FRIDER. WALCHIO

IVR. BOCT. AC PROF. PAND. ORD. SER. DVCIS SAX. GOTHANI AC AL.
TENDVRG. A CONSILIIS AVLICIS, CVRIAEC PROVINC. COM. SCAB.
COLLEGII ET IVRISCONS. ORD. ASSESS. SOC. LAT. IENENSIE
EPHORO ATQVE ALIARVM SOC. LITT. COLLEGA

PRO^LIX C^E N^T X^A
SVMMOS IN IVRE HONORES CONSEQUENDI

DIE XIV. APRIL. MCCLXXIV.
PVBLICA^E ERVDITORVM DISQVISITIONI SUBMITTIT
AVCT^OR
HENR. GERH. GVIL. MOLDENHAWER
HAMBVRGENSIS.

IENAE
LITTERIS HELLERIANIS.

